BERNARDUS CLARAVALLENSIS. NICOLAUS CLARAVALLENSIS. OGLERIUS DE LOCEDIO
Heiligenkreuz (?), Wende 13./14. Jh. (?) Seite 7v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



Hodie quippe significatus nostr helyseus · domū in qua sup
positus erat mortuo baculus intrauit · quia missa dei nr̄i
salus hodie ciuitatem ierl'm in qua oues que perierant do
mus isrl' legis pondere grauabatur · humilis ascendit · Atten
dat inq̄ homo qua humilitate verus ꝓpheta redēpcōnis
nr̄e officinas intrauit · quanta paciencia tulerit · q̄ mira
bili caritate nos ad se traxit · Si humilitatē ignoras ·
seruili forma dn̄s vniuersitatis indutus ē · de paupercula
uirgine natus · in presepio collocatus · id cum esset liber
a lege · circūcisus a lege · factus sub lege · ⁊ sine querela ī ea
conuersatus · Deniq; cum publicanis ⁊ peccatoribus cibatus ·
asino ad locum passionis incedit · discipulorum pedes lauit ·
Hec ⁊ cetera omnia humilitatis genera · ab ortu usq; ī finē
satagens · vt sicut in matre specialis ⁊ sine exemplo fuit
integritas · sic in filio singularis ⁊ vnica eēt humilitas ·
Qd si de paciencia dubitas · sicut ouis ad occisionē ductus
est · spectaculo crucis addictus ē · ꝓpter iniquitates nr̄as
uulneratus · ⁊ cum iniquis deputatus · Que ne pocius in
potencie resistendi q̄ paciencie ascribas · subpetebant ei
plus q̄ duodecim legiones angelorū · quib' ꝯsiliū posset dis
sipare iudeorum · ⁊ manus euadere ministrorū · Sz ut
Leo papa testatur · pacient' tulit iniurias · quia neminē
saluaret illesus · qui ꝓ omnium salute venerat moriturus ·
Nam de caritate quid loquar · cui hoc solum sufficit ad tes
timoniū · qd cum crucifigeret eum iudeus · orabat · ut hoc
ei indulgeret deus · Caritas ista caritas admiranda · dū
claui manibz · lateri lancea · fel ori admouentur ab ini
micis · manus ⁊ latus ⁊ os agebant ꝓ eis q̄i ꝓ amicis ·